

## **Il lupo e il capretto**

Un capretto, pur di evitare di finire tra la fauci di un malvagio lupo, preferisce far parte degli agnelli in procinto di essere sacrificati agli dèi.

*Haedus improbum lupum eludere optabat, rapidā fugā arva proxima stabulis relinquebat et rectā viā in oppidum perveniebat. Ibi configiebat inter lanigeros agnos, quos («che, i quali», acc. m. plur.) oppidani ad deorum sacrum parabant. Improbus lupus ibi haedum inveniebat et temptabat sollicitare dolis: «Incolae oppidi in cunctis templis multas victimas mactabunt. Tu quoque cultrum non vitabis; mox gemes et humum cruentabis, nisi repētes securum campum». Timidus haedus sic respondebat: «Depone curam, imprōbe, et tolle perfidas minas; nam melius («meglio») erit pro deis vitam profundere quam («piuttosto che») rabido lupo saturare gulam».*

1. Sottolinea nel testo le voci verbali all'indicativo futuro semplice
2. Da quale parola deriva *arva* (r. 1)?
3. Che complemento è *in oppidum* (rr. 1-2)?

comprendere del testo .../4 conoscenza delle regole grammaticali .../4 resa in italiano .../2 voto: ...

## **La volpe e il caprone**

In questa favola Fedro ci insegna che, grazie alla propria astuzia e alla stoltezza altrui, si può uscire da situazioni difficili.

*Viri callidi, cum («quando») in magno periculo sunt, animos suos confirmant et effugium reperiunt, interdum stultorum damno, ut Phaedri fabella docet. Olim (avv.) vulpecūla in agris errabat, sed propter imprudentiam in altum putēum decidebat. Magno cum studio ascendēre ad summum temptabat, sed nullo modo evadēre valebat. Forte (avv.) ad putēum veniebat hircus sitiens («assetato»), vulpecūlam videbat et rogabat: «Bona est aqua?». Statim vafra vulpecūla dolum parabat et astute (avv.) respondebat: «Descende, amice, et sitim («sete», acc. f. sing.) tuam seda; aqua enim non solum frigida, sed etiam copiosa est». Stultus hircus dolum callidae vulpecūlæ non intellegebat et periculi nescius in putēum incaute descendebat. Tum vulpecūla in eius, dorsum ascendebat et facile (avv.) ex putēo evadebat. Miser hircus in obscuro umidoque loco solus manebat et stultitiam suam frustra (avv.) deplorabat.*

1. Sottolinea nel testo le voci verbali all'indicativo futuro semplice
2. Da quale parola deriva *periculo* (r. 1)?
3. Che complemento è *in agris* (r. 2)?

comprendere del testo .../4 conoscenza delle regole grammaticali .../4 resa in italiano .../2 voto: ...

## **Il cinghiale e il cavallo superbo**

Un cavallo superbo si comporta da "spione" ed è costretto a pagare dolorosamente le conseguenze del suo gesto.

*Olim aper rivi aquam turbabat, dum equus superbus bibit. Equus contumeliosum aprum obiurgabat, sed iram suam non satiabat. Ergo ad villam ruit et viri tutelam contra aprum petit. Vir equum ligat et ad rivum eum («lo») ducit, aprum necat, deinde equo dicit: «Gratias tibi («a te») ago! Nam magnam praedam nunc habeo». Respondeat equus viro: «Nunc decēde: aprum tene, me («me, mi») dimitte!». Tum vir dicit: «Equus commodus et opportunus est viris. Nam equus viros portat et praeterea sarcinas, sagittas, pharetras. Ergo tu («tu») servus meus eris!». Vir contentus statim equo frenos imponit et equum in villam trahit. In viā equus maestus cogitat: «Vere stultus sum! Dum quaero vindictam, dominum invenio!».*

1. Sottolinea nel testo le voci verbali all'indicativo futuro semplice
2. Da quale parola deriva *aprum* (r. 1)?
3. Che complemento è *ad villam* (r. 2)?

comprendere del testo .../4 conoscenza delle regole grammaticali .../4 resa in italiano .../2 voto: ...